



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

LIII. Quod non licet presbytero ante episcopum in baptisterio introire.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

alienum.
Burch. l. 8.
c. 25. Iuo p.
7.c.43; idem
in Conc.
Gang. c. 3.

contemnere dominum suum, & recedere a seruitio eius, durissime in omnibus arguatur.

X L V I I I .

33.q.4. Non
licet. Bur.
lib.13. cap.
10.Iuo. p.4.
ca.34.

Non liceat in quadragesima natales martyrum celebrare, sed tantum sabbato & dominico pro commemoratione eorum oblationes offerri: sed nec natalitia, neque nuptias liceat in quadragesima celebrare.

X L I X .

De consecr.
dist. 4. Non
liceat ante.

Non liceat ante duas septimanas paschæ, sed ante tres ad baptismum suscipere aliquem. Oportet autem in ipsis diebus, ut hi qui baptizandi sunt, symbolum discant, & quinta feria nouissimæ septimanæ episcopo vel presbytero reddant.

L.

De consecr.
dist. 5. Non
liceat quin-
ta.

Non liceat quinta feria nouissimæ septimanæ iejunium soluere, & omnem exhortare quadragesimam, sed sincere abstinentes totam quadragesimam * perexire.

L I .

Omni tempore episcopis liceat chrisma confidere, & per suas diceceses destinare; ita ut ad dirigendum chrisma diaconus aut subdiaconus ante diem paschæ de singulis ecclesiis ad episcopum destinentur.

L II .

Dift. 95. c.
Prefbyter.
de consecr.
dist. 4. cap.
Omni tem-
pore.

Presbyter, praesente episcopo, non signet infantes, nisi forte ab episcopo fuerit illi praceptum.

L III .

Non liceat presbytero prius ab episcopo in ba-

ptisterium introire , sed cum episcopo ; nisi forte aut absens fuerit , aut ægrotus.

LIV.

Si qua mulier prægnans desiderauerit gratiam baptismi percipere , quando voluerit , habeat potestatem : nam nihil in hoc participat mater infantis qui nascitur , propterea quod vnicuique propria posse voluntas in confessione monstretur.

LV.

*sacra-
mento Non oportet aliquid aliud in *sanctuario offerri , præter panem & vinum & aquam , quæ in typo Christi benedicuntur : quia dum in cruce penderet , de corpore eius effluxit sanguis & aqua : hæc tria vnum sunt in Christo Iesu ; hæc hostia & oblationis Dei in odorem suavitatis.

LVI.

Forasticis presbyteris , præsente episcopo vel presbytero ciuitatis , offerre non liceat , nec ministrare in populo , nisi forte illis absentibus.

LVII.

[†] Si quis presbyter propter publicam poenitentiam a sacerdote acceptam , aut aliqua necessitate , die dominica pro quadam religione ieunauerit , sicut Manichæi , anathema sit . Similiter & quod ab apostolis traditum Canon tenet antiquus , placuit , tam per omnes dominicas , quam per omnes dies paschæ usque ad quinquagesimam , non prostrati , nec humiliati , sed erecto vultu ad Dominum orationum fungamur officio : quia in his diebus gaudium resurrectionis dominicæ celebрамus.

De consecr.
dist. 4. Si
qua mulier
prægnans.
Ex Concil.
Neocæs.
Cap. 6.

De consecr.
dist. 1. Non
oportet.

Alio nomi-
ne presby-
teri ruris, ve-
dicitur dist.
95. cap.
Presbyteri
ruris, ex
Concil.
Neocæs.
cap. 13.
Dist. 10. c. Si
quis pre-
sbyter.
Burc. lib. 13,
cap. 10. Iuo
part. 4. c. 52.
+ Citat Bur-
chardus &
Iuo similem
Canonem
ex Conc.
Turon. his
verbis: Si
quis pro-
pter publi-
cam penit-
tentiam a
sacerdote
acceptam,
aut pro ali-
qua necessi-
tato.